



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Evangelia: Qvæ Vsitato More in diebus Dominicis & Festis proponuntur, Annotationes Philippi Melanth.

Melanchthon, Philipp

Vuitebergæ, 1544

VD16 E 4532

Dominica Invocavit Euangelium Matthaei III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35272

DOMINICA INVOCAVIT

Euangelium Mat
thæi IIII,

TVnc Ihesus ductus est in desertū
a spiritu, ut tentaretur a Diabo-
lo. Et cum ieiunasset quadraginta die-
bus & quadraginta noctibus, postea
esuriit. Et accedens ad eum Tentator
dixit, Si Filius Dei es, dic ut lapides isti
panes fiant. Qui respondens dixit.
Scriptum est, Non in solo pane uiuit
homo, sed in omni uerbo quod proce-
dit de ore Dei.

Tunc asumpsit eum Diabolus in
sanctam ciuitatem, & statuit eū supra
pinnaculum templi, et dixit ei. Si filius
Dei es, demitte te deorsum, scriptū est
enim, Quia Angelis suis mandabit de
te, & in manibus tollent te, ne forte of-
fendas ad lapidem pedem tuum. Ait il-
li Iesus, rursus scriptum est, Non ten-
tabis Dominum Deum tuum.

Iterum asumpsit eum Diabolus in
montem excelsum ualde, et ostendit ei
omnia regna mundi & gloriam eorū,
& dixit ei, Hæc omnia tibi dabo, si cas-

I 3 dens

DOMINICA

dens adoraueris me. Tunc dixit ei Iesus, Vade Satana, Scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Tunc reliquit eum Diabolus, & ecce Angeli accesserunt et ministrabant ei.

I Locus, Quod non casu tentemur.

II De Tyrannide, et insidijs Diaboli.

III Quomodo liberetur homo ex hac seruitute, scilicet per filium Dei.

III Victoria filij Dei prodest nobis, & sicut in sua persona uicit, ita uult in credentibus uincere insidias Diaboli, & si uult nos quoq; certare, ut experiamur auxilium.

V Tres tentationes in persona Christi sunt exempla tentationum Ecclesiae, & persecutionum.

Primum Ecclesia premitur inopia, & excruciat a Tyrannis.

Secundo, laceratur a Doctoribus impijs, qui dogmata spargunt sua audacia sine Verbo Dei.

Tertio contaminatur manifesta idolatria.

DE PRI

DE PRIMIS QVATVOR
OR LOCIS.

ET si tot horribilia scelera, idolatriæ, libidines, cedes, bella, excidia regnorum, & magnæ calamitates quæ sequuntur scelera, satis ostendunt grassari aliquem seu et potentem hostem aduersus genus humanum, Tamen tantus est stupor hominum, ut hæc ducat leuia et putet casu accidere, Sed *Causæ tanta,* doctrina Euangelij patefacit ueras causas, *ostendit Diabolū grassari aduersus genus humanum, et hominē.* homines propter peccatum subiectos esse eius Tyrannidi. Rursus etiam ostendit nobis liberatorem, *Liberator* qui cum Diabolo preliatur, Sicut Iohannes inquit, *Christus.* Filius Dei apparuit, ut destruat opera Diaboli. Ita q; in summa de tentationibus tenendæ sunt hæc admonitiones: de causis, & de liberatore.

Certum est non casu accidere tanta hominum mala. Sed Diabolū odio Dei hostiliter grassari contra omnes, et insigni morsu sauciare singulos. Sicut initio Euam & Adam sauciauit, Quare suam quisq; uitam intueatur, et deprehendet aliquod insigne uulnus. Insidiosè pertrahit Diabolus uel ad scelus, uel ad calamitatem, ut inde pertrahat in desperationem, & blasphemiam. Has insidias consideremus, et discamus confugere ad ducē nostrum Christum filiū Dei, qui preliatur aduersus Diabo-

DOMINICA

lum, sicut initio in Genesi dictum est, Hoc semen conteret caput Serpentis, quæ uox prorsus conuenit cum illo dicto Iohannis. Filius Dei apparuit ut destruat opera Diaboli, id est, peccata, calanitates, mortem. Hæc in summa hic obseruanda sunt, ut præparemus animos, quia non leuia certamina subeunda sunt in his luceat & exerceatur fides, & imploretur auxilium filij Dei, qui ideo uicit Diabolum in his tentationibus, ut ostendat se uictorem fore, etiam in his prælijs in quibus nos adertur Diabolus.

V.

DE CHRISTI tentationibus cogitemus fuisse mirum quoddam, insidiosum & uehemens certamen, ac multo acrius & maius, quam à nobis cogitari possit. Tentatus est alias sæpe, Sed hæc tentationes nominatim describuntur, quia haud dubie significant aliquid toti Ecclesiæ.

VI.

I
Ecclesiæ
premitur
inopia &
exercitior
a Tyrānis

De Prima tentatione historiæ notæ sunt. tempore Apostolorum, & Martyrum, corpora & facultates piorum semper erant in periculo. Ideo solet accidere quandocunq; mouentur certamina de doctrina, ut nunc, Et hæc tentatio sub Turcica tyrannide recrudescit. Hic insultat Diabolus multorum animis. Si filij Dei estis, si Deo seruitis, scilicet

licet uictitandum uobis erit ex lapidibus. Est enim Ironia obijcientis inopiam, famem, & alias miseras exprobrantis.

Hic quærendæ, & opponendæ sunt consolationes. Primum sciamus mansuram esse Ecclesiam, & non posse euerti à portis inferorum. Deinde sciamus inuocantes Christum habituros esse auxilium, iuxta hoc dictum: Filius Dei apparuit, ut destruat opera Diaboli. Item: non in solo pane uiuit homo, id est, Ecclesia alitur, conseruatur, defenditur non tantum communibus, & uisibilibus auxilijs & modis, sed etiam diuinis, quæ non perspicit ratio, Si tamen Ecclesia maneat in agnitione uerbi Dei, non deficiat a uerbo Dei. Psalmus inquit: Scitote quod mirificat Dominus Sanctum suum, Ita, et si iam non uidemus, qualis sit futura Ecclesia, etiam si Turci tota Europa potirentur, tamen si retinebimus Verbum Dei, curæ erit Deo, ut habeamus defensionem.

Cæterum hæc doctrina etiam singulis accommodanda est. unusquisq; in sua inopia, in suis periculis cogitet, se solis humanis consilijs non posse tueri uitam, uocationem, statum. Sed petendum et expectandum esse auxilium diuinum, ut in fide, & inuocatione Dei uiuamus. Sed pauci sic uiuunt, omnes querunt opes, ut habeant certa auxilia in

DOMINICA

specu, & in promptu, & ridetur doctrina Christi: Primum quærite regnum Dei, et cetera adijcientur uobis. VII

DE SECUNDA.

ORdo historiarum ostendit post corporales vexationes accessisse hæreses, sicut hic apertè significatur. Stans in fastigio templi, est aliquis excellens doctrina, Is se deiiciens, id est, spargens dogma sine Verbo Dei, tentat Deum. Tales fuerunt, sunt, & erunt plurimi. sed tunc erant Ebion, Cerinthus, Marcion, Manes, Samosatenus, Arius. Pelagius, & similes. Tentare Deum proprie est certare cum DEO fiducia proprie sapientie, iusticie & uirium, ac nolle regi ipsius Dei Verbo, ac ordinatione, & uocatione, Sed his spre- tis aliud quære, fiducia nostræ sapientie, quod nobis magis placet. Ut humana sapientia Pontifices mandarunt coelibatum: Samosatenus corripit doctrinam de filio Dei, & quærebat aliud concin- nius. PseudoApostoli quærebant humano iudicio aliquid plausibilis, cum legem abrogari nollent. Ideo dicit Petrus: Quid tentatis Deum? Id est, fi- ducia uestre sapientie & humanarum rationum certatis cum Deo, disceditis ab eius uerbo. Et post- ea Pontifices profecto horribiliter tentauerunt Deum multis prauis dogmatibus, de abusu Sacra- mentorū

*II
Ecclesia la-
cruatur a dor-
torib; impi-
is q dogma
ta spargunt
sine uerbo
Dei.*

*Tentare de-
um qd sit*

Cœlibatus

*Abusus Sa-
cramentorū*

mentorum, de ignoratione fidei, & uera inuocati
onis, de monasticis cultibus.

VIII.

DE TERTIA.

Postrema tentatio est. regni causa manifestam
idolatriam constituere, & descendere. Sicut
utrumq; regnum Papæ & Mahometi habet præci
puos neruos, certam idolatriam. Præmonet igitur
nos Christus, ut hæc regna postrema oppressura
Ecclesiam, iudicare discamus, & uitemus idolatri
as, & non defugiamus certamina. & significatus
exitus certaminum.

DOMINICA REMINIS
cere, Euangelium Mat
thæi, XV.

ET egressus inde Ihesus, secessit in
partes Tyrî & Sidonis, Et ecce mu
lier Cananæa a finibus illis egressa, cla
mauit ad eum dicens. Misere mei
Domine fili Dauid, fila mea a damo
nio male uexatur. Ille autē non respō
dit ei uerbum. Et accedentes discipuli
eius, rogabant eum, dicentes, Dimitte
eam, quia clamat post nos. Ipse autem
respondens ait, Non sum missus, nisi
ad oues